


BOLETIN



OFICIAL

DEL

OBISPADO DE LEÓN

**SUMARIO.**—Sag. Cong. del Concilio.—Resolución a consultas formuladas por el Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo y el Ilmo. Sr. Obispo de León sobre residencia coral.—Colación y posesión de parroquias.—Apertura del curso académico en los Seminarios.—Colecta del Día de la Prensa y su distribución.—Collationes Morales.—Fallecimiento del Excmo. y Reverendísimo Sr. Obispo de Santander.—Suscripciones.—Necrología y Asociación de Sufragios.

## Sacra Congregatio Concilii

### TOLETANA ET ALIARUM SERVITII CHORALIS

*Die 10 Julii 1920.*

Cardenalis Archiepiscopus Toletanus quae sequuntur  
H. S. C. exposuit:

»In Ecclesiis cathedralibus Hispaniae servatur quidem  
«ius commune ad distributiones quod attinet lucrandas;  
«non sic tamen quoad praebendae fructus.

«Est videlicet generalis consuetudo habendi tamquam

«residentes illos omnes praebendatos (sive Beneficarii  
«sint sive Canonici) qui una vel duabus tantum horis  
«canonicis praesentes sint in Choro. Sic igitur praeben-  
«datus qui una vel duabus dictis horis (in unoquoque  
«die liturgico vel naturali) Choro assistit: 1.º lucratur  
«omnes praebendae fructus quotidianos; 2.º lucratur dis-  
«tributiones horis interessentiae respondententes; 3.º lucra-  
«tur diem residentiae; 4.º tantum distributiones amittit  
«respondentes horis absentiae choralis.

»Haec autem memorata consuetudo plusquam centena-  
«ria esse videtur, nec eius initii memoria extat apud  
«nos.

«Ex quo prodiit in lucem novus Codex iuris cononici,  
«inter hispanos viros canonistas de praedictae consuetu-  
«dinis vi disceptatum fuit et disceptatur, aliis eam con-  
«suetudinem esse validam et adhuc sustinendam, aliis  
«eam esse nullius valoris et reiiciendam affirmantibus.  
«Disceptationes autem originem dederunt aliis contro-  
«versiis circa intelligentiam Codicis canonis 2381.

«Ac in primis nonnulli sunt qui ex Codicis can. 2232 et  
»2219 concludendum esse dixerunt non urgere canonem  
«2381 nisi constet irresidentiam esse: 1.º gravem ex par-  
«te materiae; 2.º materialiter et formaliter delictivam;  
«3.º notoriam etiam formaliter.

«Sunt deinde qui (eo quod etiam nunc validam et reti-  
»nendam putent memoratam hispanicam consuetudi-  
«nem) tenent Codicis canonem 2381 applicandum non  
«esse nisi in casu totalis (diei totius) illegitimae absen-  
«tiae. Sed et praeterea docent illegitime absentem (etiam  
«per totum diem) non privari per se omnibus fructibus,  
«sed, e contra, retinere per se posse fructus respondententes  
«privatae recitationi Officii divini aliisque oneribus.

«Sunt alii docentes canonem 2381 intelligendum esse,  
»ut sonat, de omnium, pro rata absentiae illegitimae,  
«fructuum privatione, salva tamen fructuum quadam

«portione ad necessariam praebendati substantiationem  
«sufficiente.

»Sunt etiam qui praebendato illegitime absentem non  
»concedunt vel minimam fructuum (ac porro distribu-  
»tionum) portionem, durante absentia illegitima.

«Demum, attentis multiplicibus Fabricarum Ecclesia-  
«rum Cathedralium oneribus, simulque attendita earum-  
«dem Fabricarum penuria, mos fuit hucusque Fabricis  
«assignandi omnes fructus (non vero distributiones) a  
«praebendatis amissos; sed, etiam hac data assignatione,  
«Fabricae vitam non facilem agunt. Cumque necessitates  
«in dies crescant, autumant non pauci fas esse consig-  
«nandi in statutis capitularibus (approbante quidem Or-  
«dinario) fructus omnes amissos esse Fabricae traden-  
«dos. Sed alii hoc reiiciunt tamquam contrarium vigen-  
«ti iuri expresso in canone 2381: alii quoad partem fruc-  
«tuum admittunt: quoad totalitatem negant.

»Iam: in hac iuris peritorum hispanorum discrepantia,  
»Capitulares hispani haerent ancipites, nec satis ex-  
«peditam viam percipiunt, ad statuta capitularia, sicut  
«oportet, conficienda eaque, in re disceptata, iuri accomo-  
«danda.

«Eapropter Cardinalis Orator submisit a Vestra Bea-  
«titudine dubiorum sequentium solutionem petit:

«1.º Utrum sustineri, vel tolerari, possit centenaria  
«et immemorabilis hispanica consuetudo lucrandi fruc-  
«tus praebendae quotidianos, atiam si una tantum vel  
»duabus horis canonicis praebendatus Choro assistat in  
«die naturali vel liturgico?

«2.º Utrum Codicis canon 2381 urgeat etiam in casu  
«irresidentiae non graviter culpabilis, vel materialiter  
«tantum, non formaliter, delictivae ac notoriae?

«3.º Utrum, post vigentem canonem 2381, Beneficia-  
«rius vel Canonicus illegitime absens, retinere possit  
»fructus respondentes privatae recitationi Officii divini  
«aliisque oneribus?

«4.º Utrum, ex fructibus praebendae adhuc posses-  
«sae, salvanda sit et a possessore (licet illegitime absen-  
«te) retinenda portio quaedam ab Ordinario designanda  
«et ad ipsius praebendati sustentationem sufficiens?»

«5.º Utrum attentis Fabricarum indigentis possint  
»statuta capitularia cum Ordinarii approbatione statuere  
«fructus amissos esse Fabricae Ecclesiae tradendos in  
»toto vel in parte?»

Insuper Episcopus Legionensis similia exponit sequen-  
ti modo:

«Capitulum huius Cathedralis Ecclesiae, in reforman-  
«dis suis statutis, eum in finem ut novi Codicis praes-  
«criptiones omnino conformentur, sedulo incumbit; sed  
«nonnullas difficultates, non parvi momenti, invenit, ob  
«oppositas opiniones circa verum sensum rectamque appli-  
«cationem quarumdam dispositionum quae legem residen-  
«tiae attingunt, praecipue, illius sanctionis poenalis ca-  
«nonis 2381; «Qui officium, beneficium, dignitatem obti-  
«net cum onere residentiae, si illegitime absit: 1.º Eo  
«ipso privatur omnibus fructibus sui beneficii vel offi-  
«cii, pro rata illegitimae absentiae, eosque tradere debet  
«Ordinario, qui ecclesiae vel alicui pio loco vel pauperi-  
«bus distribuat; 2.º Officio, beneficio dignitate privetur,  
«ad normam canonis 2168-2175».

«Dum enim quidam asserunt eos qui, in loco beneficii  
«commorantes, absque iusta causa, non omnibus sed  
«aliquibus vel uni tantum horae canonicae singulis die-  
«bus, assistunt, ipso facto incurrere privationem fruc-  
«tuum sui beneficii horis, a quibus illegitime, absint,  
«respondentium; alii e contra sustinent tali in casu non-  
«nisi distributiones quotidianas iisdem horis assignatas  
«amittere, cum omnes fructus beneficii suos faciant.

«Rationes dubitandi.

«Pro affirmativa sententia—Residentia in loco benefi-  
«cii debet esse cum effectu, materialis, nempe, atque

«formalis, ita ut prout can 414 traditur, «omnes et sin-  
«guli qui chorale beneficium obtinent, tenentur in ipso  
«choro divina officia persolvere singulis diebus, nisi ser-  
«vitium per *turnum* a Sede Apostolica aut foundationis  
«legibus fuerit indultum»; quo indulto ecclesiae Legio-  
«nensis Capitulum minime gaudet. Ergo beneficiati  
«huius ecclesiae, etiamsi a loco sui beneficii minime ab-  
«sint, si unam tantum vel aliquas horas canonicas singu-  
«lis diebus persolvant, caeteris vero, sine iusta causa,  
«non intersint, relate ad eas, licet de una tantum aga-  
«tur, erunt illegitime absentes, ideoque cadunt sub poe-  
«nali lege can. 2381. Praeterea. Ex bulla «*Cum semper*  
«*oblatus*» Benedicti XIV et ex brevi eiusdem ad Patriar-  
«cham Aquileiensem die 19 Ianuarii 1748, extra dubium  
«est positum, per simplicem in choro praesentiam abs-  
«que divinae psalmodiae cantu, praebendarum ac distri-  
«butionum fructus beneficiatos minime suos facere, et  
«consequenter ad eorum restitutionem teneri. A fortiori,  
«ergo, idem dicendum de iis qui non intersint seu ille-  
gitime a choro absint.

«Aliunde, si illi qui aliquibus vel uni tantum horae  
«canonicae singulis diebus assistunt, et a caeteris absunt,  
«omnes fructus beneficii suos facerent, ipsorum negli-  
«gentia impunita maneret, cum distributiones quas  
«amittant non poenae sed proemii, quod diligentibus  
«cedit, rationem habeant et ob earum tenuitatem facilli-  
«me contemneretur; unde via panderetur abusui intole-  
«rabili frequenter et habitualiter non assistendi, praetex-  
«tu quolibet, quibusdam horis canonicis. Et re quidem  
«vera, distributiones in poenarum censu minime inclu-  
«dendas, ex eo patet, quod multi excusantur a Choro ob  
«causam legitimam quin tamen distributiones percipiant,  
«quales sunt de quibus in can. 421.

«*Pro sententia negante.*—Nulla est discrepantia circa  
«verum conceptum, naturam atque extensionem legis

«residentiae. Omnes enim capitulares huius Cathedralis  
 «ecclesiae indubitanter agnoscunt, vi legis residentiae,  
 «se teneri in ipsa civitate aut saltem in loco ab ea non  
 «valde dissito commorari; ut facile possint quotidie cho-  
 «ro personaliter assistere ad divina officia persolvenda et  
 «specialia unicuique propria munera obeunda, qualiter  
 «canon 414 omnibus et singulis obtinentibus beneficium  
 «residentiale iniungit; cum servitium per *turnum* in hac  
 «ecclesia nullu ex capite vigeat. Ultro etiam fatentur  
 «huiusmodi obligationem iuridicam et moralem residen-  
 «di in loco beneficii materialiter (arg. can. 419, para-  
 «grapho 1.<sup>o</sup>, can. 422 parag. 2.<sup>o</sup>) et formaliter (can. 414,  
 «418), ita omnes beneficiatos adstringere ut, exceptis  
 «tribus vacationum mensibus et casibus in quibus ex  
 «iusta causa abesse licet (can. 420-422) qui culpabiliter,  
 «sive ex mera negligentia, integrum chorale servitium  
 «singulis diebus non praestiterint, graviter vel leviter  
 «peccent, pro materia omissionis, et praeterea possint et  
 «debeant, etiam in fore externo, puniri pro culpae gravi-  
 «tate, nedum subtractione quotidianarum distributio-  
 «num, quas suas non fecerunt, sed aliis praeterea iuris  
 «remediis. Quoad haec omnia, nihil antiquae disciplinae  
 «in novo Codice innovatum deprehendimus. Tota quaes-  
 «tio versatur supra sanctionem poenalem can. 2381,  
 «utrum, nempe, applicari debeat cuilibet illegitimae ab-  
 «sentiae, e. g. ab una sola hora canonica; vel tantum  
 «absolutae et notabili absentiae ab omni servitio choralis,  
 «seu aliis verbis: quinam in sensu canonis dicantur  
 «illegitime absentes, ut eo ipso incurrant poenas ibi im-  
 «positas.

«Sine dubio, fatendum est, qui absque iusta causa per  
 «tempus notabile in loco beneficii non commoratur, ne-  
 «que proinde ulla divina officia in choro persolvit, prae-  
 «dictam sanctionem poenalem incurrere et contra eum  
 «procedendum esse ad normam can. 2168-2175. Idem  
 «asserendum de iis qui, licet in loco beneficii maneant,

«a choralis servitio, nulla iusta causa existente, per nota-  
«bile tempus penitus se abstinent, cum residentia labo-  
«riosa esse debeat, id est, materialis simul ac formalis,  
«personaliter praestando illud officium vel servitium  
«ecclesiasticum propter quod beneficium est constitu-  
«tum; unde omnino otiosus non est residens, et conse-  
«quenter, tanquam illegitime absens censendus est.

«Ac pro utroque casu supponimus beneficiatum per  
«notabile tempus absentem a loco sui beneficii vel non  
«servientem, quia ut notat Reiffenstuel in Tit. *De cler. non*  
«*resid. in Eccles. vel Praeb.* parag 1.º n.º 2. «qui ali-  
«quantisper tantum absunt, ex veterum canonum sen-  
«tencia non videntur abesse, quia statim reversuri sunt»,  
«prout loquitur sacrosancta Synodus Tridentina, Sess. 23  
«Cap. 1 *de R. for.*

«His praemissis, tenendum est; «illegitime absentes in  
«sensu canonis 2381 illi dicendi sunt, et non alii, qui in  
«loco beneficii ultra tres menses vacationum et sine iusta  
«causa, per notabile tempus non commorantur, vel quam-  
«vis ibidem stabiliter permaneant tamen ab omni chora-  
«li servitio iniuste se abstinent». In thesis probationem  
«sequentia argumenta adducuntur:

«a) Agitur de lege poenali contra transgressores re-  
«sidentiae legis qua omnes et singuli qui chorale benefi-  
«cium obtinent, tenentur in ipso choro divina officia per-  
«solvere singulis diebus, eumque in finem, in loco bene-  
«ficii assidue commorari. Nunc vero, illa poenalis lex,  
«sicut omnes huiusmodi, interpretanda est iuxta has re-  
«gulas: «Leges quae poenam statuunt... strictae subsunt  
«interpretationi» (can. 19). «In poenis benignior est in-  
«terpretatio facienda» (can. 2219, parag. 1.º) «Poena lege  
«statuta non incurritur, nisi delictum fuerit in suo  
«genere perfectum secundum proprietatem verborum»  
«can. (2228).

«Quale autem delictum punitur in can. 2183? Quod  
«beneficiatus cum onere residentiae committit, «si illegi-

«*ilme absit*». Cum vero in casu nostro residentiae onus  
 «duplicem obligationem importet, commorandi, nempe  
 «in loco beneficii, ac singulis diebus in ipso choro divi-  
 «na officia persolvendi, sequitur, sumptis verbis canonis  
 «in sua propria ac naturali significatione et stricto sensu,  
 «illegitime absentem dicendum esse qui absolute neque  
 «in loco beneficii residet neque choro assistit singulis  
 «diebus, qui abest, nempe, saltem per integrum diem,  
 «sine iusta ac rationabili causa; vel qui a choralis servi-  
 «tio, saltem per totum diem, penitus se abstinet, licet in  
 «loco beneficii permaneat, prout superius fuit praeno-  
 «tatum.

«b) Ideo dicimus, *saltem per integrum diem*, quia tem-  
 «pus residentiae est computandum per dies, sive conti-  
 «nuos sive interpolatos, non per horas; ita in canone 418,  
 «parag. 1.<sup>o</sup> canonicis ac beneficiariis quotidiano choro  
 «adstrictis, conceditur abesse tres tantum menses in  
 «anno; et menses eiusmodi per dies integros supputan-  
 «dos esse clarissime patet ex can. 32 § 2.<sup>o</sup>. Quae suppu-  
 «tatio cum antiqua disciplina congruit, prout videri licet  
 «apud auctores probatissimos: Ferrarium V.<sup>o</sup> Canonicus,  
 «art. 5.<sup>o</sup> n. 5, Fagnanum in cap. *Licet 35 De Praeb.* n. 56,  
 «Garcia, *De Benef.* part. 3.<sup>a</sup> cap. 2, n. 327, et alios quam-  
 «plurimos, qui omnes unanimiter tradunt tempus absen-  
 «tiae trium mensium vacationum, atque servitium no-  
 «ven mensium, confici per integros dies, non per horas  
 «cuiuslibet diei, neque punctaturas colligendo; et citant  
 «responsum Sacrae Cong. Conc. sic se habens: «Cong.  
 «censuit non posse confici ex horis, quibus canonici re-  
 «sidentes absunt a choro, dies; et ex diebus, et horis sic  
 «collectis confici menses absentiae, de quibus in hoc de-  
 «creto, neque ad colligendum servitium novem mensium  
 «colligendas esse punctaturas, quasi qui novem partes  
 «punctaturarum ex duodecim habeant, servitio novem  
 «mensium debito satisfecerint, sed ipsos dies residentiae  
 «et servitii, sive continui fuerint, sive interpolati, nu-



«merandos esse ut complementum dictorum novem men-  
«sium». (Garcia, loc. cit.) Nunc autem aequali mensura  
«qua supputatur tempus legitimae absentiae, vacationum  
«causa, et tempus choralis servitii, supputandum est  
«tempus illegitimae absentiae sive a choro sive a loco  
«beneficii de qua in can. 2381; ergo per dies integros,  
«non per horas, supputatio est facienda. Cum, igitur,  
«can. 2381 beneficiarii qui illegitime absint, eo ipso pri-  
«vantur fructibus beneficii, pro rata absentiae, ea su-  
«menda est pro diebus absentiae, non pro horarum nu-  
«mero.

«c) Confirmatur: poena canonis 2381 in delictum sive  
«transgressionem residentiae legis sancitur; sed, iuxta  
«praescriptum canonis 2228 poena lege statuta non in-  
«curritur, nisi delictum fuerit in suo genere perfectum;  
«ergo delictum sive transgressio legis residentiae, scili-  
«cet, illegitima absentia, debet esse perfecta, ut propter  
«eam sancita poena incurratur. Perfecta autem absentia  
«dici nequit nisi quae completa sit, tum quoad locum  
«tum quoad servitium chorale, vel saltem relate ad ser-  
«vitium huiusmodi per absolutam absentiam a Choro.  
«Nunc vero, beneficiatus qui ab una aut aliquibus ho-  
«ris canonicis officii diei illegitime absit, caeteris vero  
«intersit, non est perfecte et absolute absens, cum mate-  
«rialiter residentiam in loco beneficii ex integro retineat,  
«et formalem, ex parte observet. Ergo delictum irresi-  
«dentiae est imperfectum, ideoque ei applicari non debet  
«sanctio poenalis laudati canonis. Igitur, qui singulis  
«diebus aliquibus vel uni tantum horae canonicae assis-  
«tit, non est irresidens, in sensu laudati canonis, ita ut,  
«eo ipso quod a coeteris illicite absit, praeter quotidianas  
«distributiones, fructus beneficii istis horis responden-  
«tes amittant, sed omnes fructus facit suos, quamvis  
«non assistendo peccati reus fiat.

«d) Consuetudo immemorabilis huic benignae inter-  
«pretationi favet. Re quidem vera, quidquid sit de illa

«Cong. Conc. declaratione quam Garcia loc cit. n. 327  
«et 330 memoravit: non valere statutum ut una hora,  
«vel duabus interessentes lucrentur massam, grossam,  
«sive praebendam, amissis distributionibus quotidianis»;  
«certum est, teste ipso auctore, hoc non servari nec fuis-  
«se receptum in Hispania, in cuius Ecclesiis communiter  
«lucrifit grossa, residendo una hora; quae consuetudo  
«videtur valere, ait Garcia, et potest sustineri, saltem  
«dum per superiorem aut capitulum non sit aliud ordi-  
«natum; ipsumque tenet Reiffenstuel, in Tit. *de Cler. non*  
«*resid.* parag. 4.º n. 112. Et quidem haec consuetudo,  
«iam tunc vigens, constanter et uniformiter usque nunc  
«servata est in Ecclesiis hispanicis, speciatim in hac Le-  
«gionensi Ecclesia, cuius propria statuta, non contradi-  
«centibus Episcopis, imo cum horum expressa approba-  
«tione, praedictum agendi morem agnoscunt, iis verbis:  
«Ut ordinaria residentia lucrifiat, debent omnes, qui a  
«choro non excusantur, saltem uni horae canonicae assis-  
«tere, unoquoque ecclesiastico die, qui cum Matutino in-  
«cipit et cum Completorio expletur. Agitur ergo de con-  
«suetudine centenaria imo immemorabili quae vim ha-  
«bet praescribendi contra legem ecclesiasticam, quamvis  
«clausulam contineat futuras consuetudines prohiben-  
«tem; nisi in iure expresse reprobetur (can. 27 Cod.); sed  
«reprobatio huiusmodi nullo in Codicis canone, reperi-  
«tur; unde tuta conscientia illam sequi licet, dum aliud  
«legitima auctoritas non decreverit. Nihilominus, stando  
«principiis superius praemissis non ita vindicata con-  
«suetudo sumenda est, ut ea innixi liceat beneficiariis  
«pro suo libito quibusdam horis a choro abesse, omnibus  
«enim in conscientia assistere debent; sed illa eum tan-  
«tum sortiur effectum, quod beneficiarii in choro per-  
«solventes singulis diebus unam saltem horam canoni-  
«cam, licet caeteris non interessendo illicite agant, tan-  
«quam residentes existimari debent ad non incurrendam  
«poenam fructuum privationis can. 2381 illegitime absen-

«tibus impositam, sicut antea, non incurrebant privationem  
«quam Conc. Trid. cap. 12 Sess. 24 *de R. form.* sancivit.

«e) Argumentum ex bulla «*Cum semper oblatas*»  
«Benedicti XIV contra hanc benignam interpretationem  
«desumptum, non concludit. Reprobat R. Pontifex con-  
«suetudinem quibusdam Ecclesiis invectam, qua canonici  
«suffulti, exstimabant se muneri suo satisfacere per sim-  
«plicem in choro assistentiam, absque divinae psalmodiae  
«cantu»; et de istis, ait Pontifex, «iure ac merito veren-  
«dum est, ne, dum ita se gerunt, praebendarum ac distri-  
«butionum fructus minime suos faciant, et consequenter  
«ne ad eorum restitutionem teneantur». Benedictina, igi-  
«tur, declaratio illos respicit qui habitualiter, dum choro  
«assistunt, sibi ipsis silentium absolutum imperant, neque  
«praesentibus beneficiatis aut mansionariis in cantu se  
«adiungunt; qui quidem aequiparantur materialem seu  
«physicam residentiam in loco beneficii sustinentibus, sed  
«cum absoluta abstentione a choralis servitio; et quia for-  
«maliter non resident, sine dubio sub poenali cadunt  
«sanctione canonis 2381. De illis, autem, qui singulis die-  
«bus choro assistunt et in una vel altera hora canonica  
«silent vel non psallunt, idipsum minime asserendum  
«quoad praebendae fructuum privationem, ob iam allatam  
«regulam de legum poenali interpretatione stricte ac  
«benigniter facienda.

«f) Neque satis convincit ratio adducta impunitio-  
«negligentium, cum gravi periculo ne abusus inducatur  
«non assistendi quibusdam horis, praetextu quolibet, fre-  
«cuentem et habitualiter, fortasse continuis diebus. Etenim  
«talisi negligentia in iure satis punitur distributionum pri-  
«vatione, quae, si desunt, vel tenues ac contemptibiles,  
«fuerint, multis pecuniariis ab Ordinario suppleri debent,  
«iuxta praescriptum can. 395, parag. 2.º. Quod si reme-  
«dium huiusmodi inefficax fuerit, alia suppetunt, ad contu-  
«matiam frangendam et abusus corrigendos, illa nempe,  
«de quibus in can. 2306-2313 Cod.

«Altera quaestio inter capitulares huius Sanctae Eccle-  
«siae Legionensis vertitur: Utrum qui illegitime absit, eo  
«ipso, ita beneficii fructibus priventur, pro rata absentiae,  
«ut statim in conscientia teneantur eos Ordinario tradere,  
«nulla expectata sententia declaratoria.

«Affirmant aliqui, ex illis verbis canonis 2381 «*eosque*  
«*tradere debet Ordinario*» quibus videtur innuere fructus  
«illegitime absentem suos non facere, unde in conscientia  
«ipsos retinere non posse. Alii negant iuxta illud in  
«can. 2232 traditum: «ante sententiam tamen declarato-  
«riam a poena observanda delinquens . excusatur etc.»;  
«quam iuris regulam legislator in can. 2381 videtur prae  
«oculis habere, cum praescribit modum procedendi contra  
«non residentes, ad can. 2168-2175 remittens; et can. 2170  
«expresse traditur: «Si clericus residentiam instauret,  
«Ordinarius, non modo debet, si absentia illegitima fue-  
«rit, *ei infligere* privationem fructuum pro tempore absen-  
«tiae, de qua in can. 2381, sed potest si casus ferat, pro  
«gravitate culpae eum congrue punire». Ergo sententia  
«declaratoria in casu necessaria est.

«Pertractis quaestionibus finem apponere, Capitulares  
«huius Cathedralis Ecclesiae, ne in re tanti momenti cons-  
«cientiae angoribus crucientur, valde desiderant, quod  
«quidem, nonnisi authentica declaratione a supremo Se-  
«dis Apostolicae oraculo prolata, consequi poterit. Unde  
«infrascriptus responsum expostulat ad sequentia Dubia:

«I. Utrum qui beneficium, canonicatum vel dignitatem  
«obtinet cum onere residentiae, ita ut teneatur in ipso  
«choro divina officia persolvere singulis diebus, si ab  
«una vel altera hora canonica illegitime absit sive habi-  
«tualiter sive non, caeteris autem intersit, tanquam irre-  
«sidentis sit habendus ad effectum sanctionis poenalis  
«can. 2381 privationis, nempe, ipso facto, nedum distri-  
«butionum quotidianarum sed fructuum etiam beneficii  
«illi horae respondentium.

«II. Utrum pro negativa sententia sit standum saltem

«vi consuetudinis immemorabilis quae in hac Cathedrali  
«Ecclesia Legionensi et in omnibus aut fere omnibus  
«Hispaniae Ecclesiis est vigens, iuxta quam ille qui per  
«totum diem uni tantum horae canonicae assistit, et a  
«caeteris illegitime abest, tanquam vere residens censen-  
«dus ad effectum lucrandi fructus beneficii cum amissione  
«tantum distributionum quotidianarum, ita tamen ut mul-  
«tis pecuniariis et aliis iuris remediis possit Ordinarius  
«loci ad assiduam assistentiam illum compellere?

«III. Utrum absentiae tempus sit per dies supputan-  
«dum, non per horas canonicas, et quot dies illegitimae  
«absentiae requirantur ut quis irresidens censeatur ac con-  
«tra eum procedi possit ad normam canon. 2168-2175.

«IV. Utrum posito quod poena privationis fructuum  
«can. 2381 sancita contra non residentes, ipso iure et  
«facto incurritur, teneatur irresidens fructus, pro rata ab-  
«sentiae amissos, Ordinario tradere, ante omnem senten-  
«tiam declaratoriam».

Hac de re auditus fuit Consultor, cuius votum hic ad-  
nectitur.

Quid vero decernendum sit Eminentissimorum Pa-  
trum erit, quorum idcirco sapientissimo iudicio infras-  
cripta subiiciuntur dirimenda.

#### DUBIA,

- 1.<sup>o</sup> *Utrum sustineri, vel tolerari, possit centenaria et immemorabilis hispanica consuetudo lucrandi fructus praebendae quotidianos, etiamsi una tantum vel duabus horis canonicis praebendatus Choro assistat in die naturali vel liturgico.*
- 2.<sup>o</sup> *Utrum Codicis canon 2381 urgeat etiam in casu non residentiae graviter culpabilis, vel materialiter tantum, non formaliter culpabilis.*
- 3.<sup>o</sup> *Utrum, post vigentem canonem 2381, Beneficiarius vel Canonicus illegitime absens retinere possit fructus respondentes privatae recitationi Offici divini.*

- 4.º *Utrum, ex fructibus praebendae adhuc possessae, salvanda sit et a possessore (licet illegitime absente) retinenda portio quaedam ab Ordinario designanda et ad ipsius praebendati sustentationem sufficiens:*
- 5.º *Utrum, attentis Fabricarum indigentis, possint statuta capitularia cum Ordinarii approbatione statuere fructus amissos esse Fabricae Ecclesiae tradendos in toto vel in parte.*
- 6.º *Utrum absentiae tempus sit per dies supputandum non per horas canonicas, et quot dies illegitimae absentiae requirantur ut quis irresidens censeatur ac contra eum procedi possit ad normam can. 2168-75.*
- 7.º *Utrum illegitime absens teneatur fructus restituere ante sententiam declaratoriam.*

Die X iulii 1920 Sacra Congregatio Concilii, in plenariis Emorum. ac Emorum. Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis, respondendum censuit:

Ad I. Negative.

Ad II. Affirmative dummodo ne concurrant causae excusantes iuxta can 420-21, vel Pontificium indultum.

Ad III. Negative.

Ad IV. Negative.

Ad V. Standum dispositioni can. 1475 § 1 et 2381.

Ad VI. Esse supputandum per dies integros et tempus illegitimae absentiae computari statim a tempore transacto trium mensium seu legitimae vacationis.

Ad VII. Affirmative.

Facta autem de praemissis Ssmo. Dno. Nostro BENE-DICTO Divinae Prov. PP. XV relatione per infrascriptum S. Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua in Audientia subsequentis diei datas resolutiones benigne in omnibus approbare et confirmare dignata est.

P. CARD. SBARRETTI, *Praefectus*,

G. MORI, *Secretarius*

SECRETARIA DE CAMARA Y GOBIERNO  
DEL OBISPADO

---

Colación y posesión de parroquias

---

De orden del Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo se avisa a todos los Sres. Sacerdotes, que han sido agraciados en las primeras propuestas del actual concurso, para que el día 19 del corriente, y hora de las once de su mañana, se presenten en la capilla del Palacio Episcopal a fin de recibir la colación y canónica institución de sus respectivos curatos. Por tanto, los interesados procurarán tener cumplidas las disposiciones que se les comunicaron en el BOLETÍN del 14 del anterior.

Además, y también por orden del Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo se recuerda a todos los referidos, que el acto de la toma de posesión de las parroquias es una ceremonia dispuesta y ordenada por la Iglesia y que se debe solemnizar con alguna función religiosa o con actos de piedad y devoción; pero no se debe profanar con actos impropios de lo que es y significa. Por tanto, y a fin de evitar todo lo que desdice del carácter religioso del acto, S. S. I. prohíbe terminantemente los convites que con tal motivo se hacían en algunos pueblos o parroquias, no solo por los abusos y excesos que se cometían y otros poderosos motivos, sino también porque en las actuales circunstancias representan un gasto considerable y superfluo, que los párrocos no pueden soportar por la escasez de recursos con que cuentan para su honesta sustentación.

No se crea que esta prudente y necesaria medida envuelve alguna desconsideración o falta de aprecio, sino que se adopta por muy justas y razonables causas, según queda indicado. Esta prohibición no se limita a las parroquias, sino que se estenderá a toda clase de beneficios. Será muy laudable y edificante dar con tal motivo alguna limosna a los pobres del lugar o para obras benéficas y caritativas.

Lo que de orden del Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo se publica para conocimiento de todos los interesados.

León 1.º de Octubre de 1920.

Lic. Felipe García Alvarez,

CAN.º - SECRETARIO.

---

## CURSO ACADÉMICO DE 1920 A 1921

---

### **Su Apertura en nuestros Seminarios**

---

#### **En el de San Froilán de León**

El día primero de los corrientes, como se había anunciado, y bajo la presidencia del Excmo. e Ilmo. Sr. Obispo, tuvo lugar la solemnidad de la Apertura del Curso, previa la celebración de la misa votiva del Espíritu Santo, solemnemente cantada por la *Schola* del Centro, y en la que ofició el M. I. Sr. Prefecto de Estudios, asistido por los Sres. D. Fernando Alvarez y don Filemón de la Cuesta, profesores. Su Excia. Ilma. asistió a ella de capa magna, teniendo como Diáconos de Honor a los MM. II. Sres. Chantre y Lectoral. La concu-



rrencia, además del Claustro, Superiores y Seminaristas, fué numerosa y selecta, y al final de la Misa, Prefecto, Rector y Catedráticos hicieron la profesión de fé y prestaron el juramento prescrito contra el *Modernismo* ante el Excmo. y Rvdmo. Prelado.

Seguidamente pasaron todos al salón de actos, ocupando asiento, a uno y otro lado de S. E. I., las Comisiones que llevaban la representación de la Autoridad civil y militar, del Cabildo Catedral, de los Centros docentes, Real Colegiata de San Isidoro, Ordenes religiosas y otras entidades y distinguidas personas del Clero y pueblo.

El Muy Iltre. Sr. Dr. D. Clodoaldo Velasco, Magistral de la S. I. Catedral y profesor de Historia Eccla. y Oratoria Sagrada pronunció un notable discurso, desarrollando el tema de «El Sacerdote como predicador», que mereció nutridísimos aplausos. El Secretario de Estudios Sr. Torío, dió después lectura a la «Memoria Escolar» siendo también muy aplaudida su labor. Se distribuyeron los premios a los alumnos acreedores a esta distinción y últimamente S. E. I. en breves palabras, dió las gracias a todos los que con su presencia habían honrado el Acto, declaró oficialmente abierto el Curso académico, y teniendo en cuenta que en este año la Iglesia conmemora el quincuagésimo aniversario de su declaración, instituyendo a San José Patrono Universal de la misma, puso al Seminario bajo el patrocinio del Santo Patriarca: bendiciendo por fin a todos.

Los alumnos premiados fueron los siguientes:

D. Argimiro Alvarez, en 2.º curso de Derecho Canónico y en Derecho Español.

D. Manuel Martínez, en Instituciones Canónicas, Ascética, Mística y Sagrada Liturgia.

D. Ismael Díez, en 4.º de Teología Dogmática y Moral.

D. Ramón González, en 3.º de Teología Dogmática y Moral y en Sagrada Escritura.

D. Clodoaldo Pastor, en 2.º de Teología Dogmática, Historia Eclesiástica y Oratoria.

D. Alvaro Alonso, en 1.º de Teología (Fundamental), Historia Eclesiástica, Oratoria y Arqueología.

D. Lorenzo Sarabia, en Física, Química y Psicología.

D. Joaquín Robles, en Lengua Hebrea.

D. Horencio Espinaco, en Lógica y Ontología, Cosmología y Matemáticas.

D. Tomás Villarroce, en 4.º de Latín y 2.º de Historia Universal.

D. Saturio González, en 2.º de Retórica y Poética.

D. Cipriano Abastas, en 3.º de Latín y 1.º de Retórica.

D. Ricardo Santos, en 1.º de Historia Universal.

D. Juan García, en Historia Sagrada; y

D. Aquilino Santos, en 1.º de Latín.

### **En el de Valderas**

Se celebró con la solemnidad acostumbrada, el mismo día.

A las diez de la mañana, hora señalada para la celebración del acto, se cantó en la capilla el himno «Veni Creator Spiritus,» celebrándose a continuación por el M. I. Sr. Rector la misa solemne, votiva de Spiritu Santo y asistiendo de Diácono y Subdiácono respectivamente el Sr. Vicerrector de este Seminario D. Eugenio Merino y el catedrático del mismo, D. Emigdio de la Riva.

Varias personas, entre las cuales figuraban representaciones de las autoridades de la localidad, honraron con su presencia el acto escolar.

Terminada la misa, seminaristas e invitados pasaron al Salón de actos, y ocupando la presidencia el M. I. Sr. Rector, el catedrático Dr. D. José M. Villagrà dió lectura a un hermoso discurso en que a la luz de las ciencias físico-químicas y naturales de nuestros tiempos y en conformidad con la narración bíblica expuso la teoría Newtoniana sobre la progresiva formación del globo terráqueo y la explicación de los fenómenos geológicos que en él se observan.

El M. I. Sr. Rector, terminado el discurso, en nombre y representación del Ilmo. Sr. Obispo de la Diócesis, declaró *abierto en el Seminario conciliar de S. Mateo de Valderas el curso académico de 1920 a 1921.*

Con grandes aplausos fué acogida por los seminaristas la apertura del nuevo curso que plegue al Señor colmar de bendiciones.

---

## Colecta

verificada el día 29 de Junio en favor de la buena  
prensa y para el dinero de S. Pedro

---

La Colecta para los fines indicados, verificada en las Iglesias de esta Diócesis, ha dado el siguiente resultado.

Quintanilla del Monte, 5'60; Villafrechós, 24'25; Roales, 22; Polvorosa, 18'85; Buenavista, 22'40; Barriosuso, 13'65; Polvoredó, 5; Morgovejo, 10; Prioro, 10; Soto de

Valderrueda, 3'50; Villalpando, 11'68; La Llama, 1; Prado y Cerezal, 2; Santa Marina la Real, 40; Villacalbuey, 16'15; Recoletas de León, 5; San Marcelo de León, 88'60; San Martín de León, 15'90; San Juan de Regla, 36'30; San Pedro de los Huertos, 13'50; Santa Iglesia Catedral, 42'60; Real Colegiata de San Isidoro, 12'25; RR. PP. Agustinos, 7'50, RR. PP. Jesuitas, 3'70; Villaluenga, 2; San Martín Obispo, 2; Reliegos, 6; Orones, 2; Villambrán, 10'50; Santas Martas, 14'75; San Cipriano del Condado, 7'15; Calaveras de Abajo, 28; Calaveras de Arriba, 2'75; Burón, 3; Monasterio de Vega, fieles, Religiosas y Capellán del mismo, 6; La Vid y Ciñera, 2; Villambroz, 6'20; Lagunilla, 2; Calzada, 6; Santa María del Monte de Cea, 2; Mansilla Mayor, 12; Sahelices de Sabero, 3; Cubillas de los Oteros, 7; Villamoros de Mansilla, 1; Vejes, 1; Villamayor de Campos, 18; Quintana del Monte, 7'70; Arcipreste Párroco de Valdepolo, 2; Canalejas, 8'10; Valverde de la Sierra, 8'25; Valderas, 12; Agustinas de Mansilla de las Mulas, 9'05; Nava y Velilla de los Oteros, 6; Valmartino, 6'50; Villacorta, 3'50; La Red y Muñecas, 7; El Otero de Valdetuejar, 3'25; La Villa del Monte, 2; Tejerina, 25; Valles, 10; Valderrábano, 4'50; Tabanera, 3'50; Felechas 4; Quintana Diez, 6; Aguilar de Campos, 21'50; Boada de Campos, 13; Urones de Castroponce, 7; Villafrades, 8'05; Villacid 2'50; Aleje y Verdiago, 3'25; Cofiñal, 2; Villabasta, 5'25; Fresno de la Vega, 2; Santibañez de la Peña, 9; Fuentes de Peñacorada, 13; Sobrepeña, 2'25; Intorcisa, 4; Vallecillo, 2'75; Villanueva del Campo, 15; Prado de Villalpando, 3; Portilla, 2'50; Rabanal de Fernar, 2; Cain, 4; Villota del Páramo, 3; Velilla de Guardo, 2'50; Potes, 31'20; Armaño, 4; Cobeña, 4; Frama, 3.  
—Total 873'88.

De cuya suma total de 873'88 pesetas, se han remitido al Emmo. Cardenal Arzobispo de Sevilla, como Presiden-

te de la Junta Central de la «Asociación Nacional de la Buena Prensa», la cantidad de 305'84 pesetas, o sea el 35 por 100 del total de lo recaudado para su distribución a los expresados fines, quedando el resto para ser distribuido en la forma acordada.

---

## Collationes Morales, pro Mense Octobris

---

1.<sup>a</sup>

### *Quaestio Dogmatica*

Thesis: «Visio Dei in beatis comprehensiva esse nequit, habet, autem, in diversis diversos perfectionis gradus, secundum diversitatem graduum charitatis et gratiae».

### *Quaestio Moralis*

Quo loco Baptismus sit ministrandus sive de solemni, sive de privato Baptismo agatur. = Quando et quomodo Baptismus administrandi potest in domibus privatis.

### *Casus*

Ludovicus, pater familias, qui domum habitat prope saccelum Beatae Mariae Virginis, ab oppido et ecclesia parochiali satis dissitum, petit a Juliano paroco ut velit baptismum solemnem filio suo, ab hinc quindecim diebus natu in saccello conferre, siquidem, propter aeris intemperiem, non sine gravi incommodo, in ecclesiam ipsum deferre potest Julianus, vero, respondet non posse ita fieri quia saccellum fonte baptismali caret; et dicit magis expedire ut puer privatim baptizetur et postea caeremonias in ecclesia parochiali supplere. = Quid de Juliano dicendum?

2.<sup>a</sup>

Quid circa obligationem adnotandi Baptismum tenendum. = Modus faciendi adnotationem sive ab alio

quam a parochio Baptismus conferatur, sive baptizandus sit illegitimus.—Quomodo administratio Baptismi sit probanda.

### *Casus*

Sixtus parochus solet, statim post Baptismi collationem, nomina et omnia quae adnotari in libro baptismali debent, ad cautelam, in privata libello consignare, et postea, aliquando post mensem, adnotationem solemnem in baptismali libro facit.—An de gravi peccato sit Sixtus accusandus.

### *Quaestio Lihurgica*

Quomodo intelligenda sit prohibitio utendi chrismate veteri in ordine ad Baptismum et benedictionem fontis baptismalis.

---

### FALLECIMIENTO DEL EXCMO. Y RVDMO. SR. DR. D. VICENTE SANTIAGO SANCHEZ DE CASTRO, OBISPO DE SANTANDER

---

El día 19 de Septiembre último falleció el Excmo. y Rvdmo. Sr. Dr. D. Vicente Santiago Sánchez de Castro, Obispo de Santander después de recibir los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica.

Había nacido en Peromingo (Salamanca) el 25 de Julio de 1841. En 1862 fué nombrado profesor del Seminario de Plasencia. Recibió el Presbiterado en 1865. En 1866, tras brillante oposición fué nombrado Canónigo Lectoral de la S. I. Catedral de esta Ciudad, donde ha dejado imborrables recuerdos. Fué preconizado Obispo de Santander el 27 de Marzo de 1884. Consagrado en Junio siguiente y tomó posesión de la Diócesis el 12 del mismo mes.

Adornaban al finado señor Obispo, que durante treinta y seis años rigió la Diócesis de Santander, un celo verdaderamente apostólico, una vastísima erudición y extraordinarias dotes de entendimiento, unidos a una gran austeridad y a una vida de oración y de constante práctica de todas las virtudes cristianas.

Descanse en paz tan sabio y santo Prelado, por cuyo eterno descanso pedimos a nuestros lectores una ferviente oración.

R. I. P.

# Suscripciones abiertas en el Obispado de León

## Para la Santa Sede

	PTAS	CTS.
De Calaveras de Abajo.....	2	
De Calaveras de Arriba.....	1	25
Párroco de Grandoso.....	3	
Párroco de Vozmediano.....	2	
Párroco de Ferreras de Vegamián.....	2	
Párroco de Villanueva de Arriba.....	2	
Párroco de Santibáñez de Rueda.....	3	
Párroco de Castellanos.....	2	
Ecónomo de Villambroz.....	2	
Párroco de Lagunilla.....	2	
De Calzada del Coto.....	6	
M. I. Sr. Rector de Valderas.....	5	
De San Andrés del Rabanedo.....	3	

## *Para las Misiones en Tierra Santa*


De Canalejas.....	12	50
De Cervera.....	15	
De Benllera.....	3	
De La Sota.....	6	50

## *Para los Santos Lugares de Jerusalem*

De San Bartolomé de Rueda.....	3	
De Carbajal de Rueda.....	2	
De Barcial.....	2	55
De Corcos.....	5	
De San Miguel del Camino.....	3	
De Velilla de Tarilonte.....	4	45
De Otero de Valdetuejar.....	3	50
De Villarrabé.....	2	
De San Martín Obispo.....	1	0
De Capillas.....	3	35
De Boada.....	2	50
De San Román de la Cuba.....	3	60
De Velilla de Guardo.....	11	

De Cornoncillo .....	3	
De Villanueva de Abajo.....	1	95
De Valcabadillo.....	2	
De Villafruel.....	3	
De Castrobol.....	2	
De Quintana Diez.....	3	
De Villarodrigo de la Vega.....	3	
De Villaluenga.....	2	
De Lobera.....	2	
De Cabanillas.....	3	
De Matalana de Valmadrigal.....	1	50
De Santa Cristina de Valmadrigal.....	1	50
De Pobladura de Bernesga.....	3	50

(Continuará).



## Necrología y Asociación de Sufragios

Núm. 16

El día 29 de septiembre último falleció en la paz del Señor, habiendo recibido los Santos Sacramentos y la Bendición Apostólica, el anciano y venerable párroco de Cegoñal don Justo García de la Foz, a los 84 años de edad y 60 de ministerio sacerdotal.

R. I. P.

Pertenecía a la Asociación de sufragios y tenía aplicadas las Misas, por lo que todos los asociados aplicarán en sufragio de su alma la dispuesta en el Reglamento de la Asociación.

El Exemo. y Rvmo. Sr. Obispo se ha dignado conceder cincuenta días de Indulgencia a todos los que en sufragio del alma del finado elevaren a Dios alguna oración o hicieren algún acto de penitencia.